

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

XIX.

Clarissimo viro, D. Erasmo Roterodamo. S. P.

Inas ad te literas dedi, Erasme clarissime, cum Cæsar elaps⁹ mense Octobris Palantiæ ageret, alteras Valdesio, alteras Martino Transylvano, his tibi significabam, quanto te amore & benevolentia prosequerer. Opinor, jam eas ad te pervenisse. Vidi nuper literas tuas ad Ludovicum Coronellum, Calendis Septembrib⁹ scriptas, quæ illi redditæ sunt, quum hic casa apud me hospitem ageret, has ego multa cum voluptate & legi & relegi. Jam inde à principio nihil aliud sapiunt quam Erasmus, nec quicquam in eis est, quod non plane pium ac eruditum animum tuum referat, est tamen locus quidam in illis, qui meum animum movit. Qui libros, inquis, meos Hispanicè vertunt, an mei studio id faciant, nescio, certè magnam mihi conflant invidiam. Ego ha-
stenus nullum librum tuum Hispanum factum vidi, præter unum Enchiridion militis Christiani, à me, ut omnes dicunt, non infeliciter versum. Istanto no-
minis tui studio ac plausu, atque adeo tanta Christianæ plebis utilitate prodiit,
ut nihil hodie apud nos & quæ atque ipse manibus omnium teratur. In Curia
Cæsarialis, in Urbibus, in Ecclesiis, in Cœnobiis, quin in ipsis diversoriis & viis
nemo ferè est, qui Erasmi Enchiridion Hispanum non habeat. Legebatur an-
tea latinus à paucis latinæ linguae peritis, sed nec ab his omnino percipiebatur:
legitur nunc Hispanus ab omnibus sine discrimine: & quibus Erasmi nomen
ante hac erat inauditum, hoc uno libello innotuit. Sed de his satis, nunc (quæ
mea est in te benevolentia) monendum duxi, in libello illo tuo, cui titulus
est: exomologesis, coronidem aliquam desiderari, quæ auriculari confessioni
paulo impensiūs faveret, ut qui nunc bonis & doctis placet, hac adjecta & in-
doctis & iniquis satisfaceret. Vale literarum decus. Palantiæ. Quinto
Calend. Decembr. 1527.

Tui nominis studiōſis

Alfonſus Fernandus, Archidiaconus
del Alcor.

XIX.

D. Erasmo Roterodamo Glareanus S. D.

(Postquam quædam præmisisset de domo, quam conjicere licet
Erasmus Friburgi habuisse, subjicit.)

M m m m m 3

Hoc

Hoc me etiam malè habet, quod nunc in tertiis literis admones, ut animi nostram perpetuam obseruemus. Ego, charissime Domine Erasme, de tua non dubito, ita æquum fuerit opinor, ut & de mea non dubites, quod te, ut facias, etiam atque etiam rogo. Quod non respondeo, negotia obstant: quod vero doleo tuum abscessum, amor in causa est. Cæterum, quantum potui, te haestenus & defendi & defendo, sed mundus hic qualis sit, vides. Mea parum refert ubi sis, modo tibi bene sit, sed quod tali amico privor, non potest non male me habere. Quæ ego de loco vereor, non sunt committenda literis. Cæsarem ex Africa victorem redeuntem jam in Italiam audimus. Ferdinandum nunc etiam à Turcis timeri constans fama est. Tu bene vale & me ama. Friburgi Brisgoiae, Anno MD XXXV. quarto Idus Septembr.

Ignosce ineptitudini, nam tot sum obrutus negotiis, ut vix hæc potuerim scribere.

XX.

Viro optimo atque eruditissimo D. Erasmo

Roterodamo. S. P.

Accepì abs te, Erasme Charissime, unas atque alteras literas & eas legi, quas ad Reverend. patrem, Episcopum Londinensem, dedisti. Quod calculi morbo, qui tetam diu torcit, successit is, qui Linacro fatalis fuit, (obiiit Linacer. 20. Octobr. 1524.) quanquam divina bonitas & virtus tua ejusmodi mala tibi vertunt in bonum, nos tamen amiculi tui, qui nunquam animæ tuae bonitatem valde gratulari possumus, ut non interim simus pro humana infirmitate de corpore tuo solliciti, perquam molestè ferimus, idque non tua tantum causa, cui tam prospera cupimus & precamur omnia, quam nobis: sed vel præcipue totius orbis Christiani studio, ne morbus iste opera tua clarissima, quibus Christianam pietatem promoves, interturbet, quæ DEUM precor, ut properè tibi & feliciter contingat absolvere. Sed ante omnia quod adhuc deest hyperaspisti, quo opere nec ceteris omnibus fructuosius, nec amicis tuis jucundius, nec tibi vel speciosius vel magis necessarium potes excogitare. Vix credas profecto, opus illud quam avidè omnes expectent boni: Contra improbi quidam, qui aut Lutherò student, aut tibi invident, ex ista rescribendi mora gestire vindentur & crescere. Quod si intermisisti, dum alia quædam interim perficeres, veluti institutionem Christiani matrimonii, quod Regina Serenissima merito facit maximi, id quod ipsa re brevi, ut spero, senties, æquo animo dilationem fero. Si ut rem tractes per ocium accuratius, etiam valde gaudeo, cupio enim eam